

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

§. 9

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

cii tam frivoli. Si verò ex variis Rebuspubl. multæ intelligantur, veritatem asserti illis relinquimus, qui ita interpretati sunt.

## §. 9.

(4.)  
§. 9.  
Judicium.  
(5.)  
ratio cur?

Melius est, quod in *judicio* sequitur p. 17. *neminem, nisi aperte Atheum hoc statuere, esse religionem merum inventum pro ratione Status*; verè enim talis religio *atheismus est*; nam qui DEUM agnoscunt, & religionem agnoscant necesse est, quæ *dependeat*, & conformis sit *essentiæ* Ejus, quem DEUM esse concipiunt, ut autor non male subjungit *judicium*, & eatenus benè, quatenus vocabulum *religionis* æquivocè dicitur; alias enim ad religionem veram ipse *conceptus* Essentiæ divinæ & Numinis non sufficit, sed pendet à voluntate Numinis & DEI, quam extra revelationem, in verbo factam, nullam nobis innotescere posse, quæ salvifica sit, cui conscientia tutè innitatur & acquiescat, nobis Christianis juxta rei veritatem certum est.

## §. 10.

(6.)  
§. 10.  
factum  
certum.

Non negamus interim, quod sub finem, cap. hujus autor habet, *MULTOS religione usos, vel abusos esse, ut quadam status exequerentur, daß die Religion gar oft zu Ausführung eines gewissen Vorhabens in Staats-Sachen ist gebraucht worden; hoc inquam factum esse, non negamus testante experientia & exemplis hactenus allatis. Non autem probamus, quod autor timide vel prudenter juxta prudentum religionem noluit sententiam ferre, an id bene, an secus factum sit? Certè quemadmodum religio cultum DEI complectitur, qui pro *Objecto solum* DEUM habet, & ad illum terminatur; Uti DEUS, ita nec ejus cultus adhibendus est, ad status rationem, aut certi status rationis executionem; DEO serviendum est, Ipseque per se & ultimo propter se Ipsum tanquam summum bonum colendus est; qui secus fecerint, cum non diligant DEUM ex tota anima & omnibus viribus, violatæ legis reos pronunciat Ipse Salvator. Luc. 10. 27.*

IN

IN rebus frivoli  
Non opus  
Sed coram I  
Quæ fatuus h  
Ergo dum in  
Quam mun  
Te verè oste  
Det Deus ut  
Nunquam d

Q  
D  
E  
T  
U  
O  
L  
T  
E  
E  
N

Prælia Cal  
Doctæ Poë  
Corrupti ing